xissem in medium dicentem sit nomen dñi benedictum, haec uobis ex to-
ria dereliqui has gratiarum actiones iterabo egressus sit nomen dñi bene-
dictum in saecula, diuersae rerum causae sed una glorificatio; & cum expelle-
bar benedicebam & reuersus iterum benedico, & si uariae quidem causae sed
una definitio, sup hiemem & aestatem unus finis culturae fertilitas subsequens
campi; Benedictus ds qui concessit exire, Benedictus ds qui redire pcepit, Bene-
dictus ds qui pmisit hiemem benedictus ds qui co dissoluit hiemem & fecit tran-
quillitatem, haec dico admonens uos ut semp benedicatis si euenerint mala
benedicite & dissoluentur mala, si prosperauenerint benedicite & pse-
uerant prospera, siquidem iob cum in prosperis erat benedicebat & cum
paup effectus est glorificabat, neque tunc ingratus fuit nec postea blasphe-
mauit, diuersa quidem tempora sed una uoluntas gubernatoris; ac tum
nec tranquillitas resoluit nec tempestas hiemis demergit, Benedictus ds
& cum a uobis sum segregatus & cum iterum recipi uos; In utrumque enim di
prouidentia e, separatus a uobis sum corpore sed animo non sum a uobis diuisus.
& ex uestro affectu meum m&tis animum, & quid dicam non sum separatus
a uobis sed magis accensus sum desiderio uestri quod &iam & de uobis confido,
nihil nobis nocuere insidiae nihil laesit inuidia sed magis augmentum praesti-
tit caritati & multiplicauit discipulorum numerum, ante hoc enim diligebar
a meis nunc uero honorificor a iudeis; Sperabant me a meis filiis separare
sed magis mihi extraneos adiunxerunt, non illis agam gratias sed di miseri-
cordiae gloriam referam qui conatus illorum malos in melius conmutauit,
nam & iudaei crucifixerunt xpm & illius morte humanum saluatum est ge-
nus, non illis gratiae sed crucifixo, considerent quid boni pugna eorum p-
stitit Insidiae eorum qualem nobis la&itiam praeparaunt Ante hoc quidem
ecclesiae replebatur sed nunc & in plateis ecclesiae factae sunt & unanimes
conpuncti psallentes di in uos prouocastis aspectum, uoces uestrae caelis se-
creta penetrarunt, ut omnis aetas uestras psalmodias miraretur adtenta
cursus aequorum hodie & pauci illuc immo cuncti in ecclesia quas torrens
quidam ac fluuius uestra facta est multitudo, uoces uestrae elebantur ad
caelum amorem quam ad patrem est ostendentes, orationes uestrae
meum coronauerunt caput, oratio omni monile pclarior uiri & mulieris,
magis enim non uiri & mulieres, In xpo enim ihu non masculus neque fe-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0290